



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. V. De Verbi Dei explicatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

ter Præfectus Ecclesiæ custodiat, duabus  
 clavibus obseratas; quarum alteram ipse, al-  
 teram diversam Superior habeat. Interdi-  
 ctum verò omnibus est, etiam Provinciali-  
 bus, & Visitatoribus; ne ex Sanctorum Re-  
 liquiis quidquam ulla ratione auferant, aut  
 auferri permittant: Transgressoresque hu-  
 jus Decreti iudicio P. N. puniendi.

R. Præf. Eccl.  
 18.

C. 7. D. 28.  
 & R. Pro. 121.

S E C T I O V.

De Verbi Dei explicatione.

I. Occupationes universaliores, cæte-  
 ris paribus, præferri debent aliis  
 magis particularibus. Quare si utrisque va-  
 cari non potest; præstat, legere, concio-  
 nari, quàm Confessiones audire, atque  
 his similibus distineri; cum illa ad plures,  
 hæc ad pauciores Christo lucrandos diri-  
 guntur. Proponatur igitur assiduè Ver-  
 bum Dei populo in Ecclesia, in Concioni-  
 bus, & Sacræ Scripturæ, vel Doctrinæ le-  
 ctionibus. Quibus mediis omnibus, an ali-  
 cubi uti non conveniret, Superioris erit di-  
 judicare.

Præcipuum id  
 Societatis mu-  
 nus.

p P. 7 c. 2. E.  
 q P. 7. c. 4. §. 6.  
 & E. & Paul.  
 III. p. 9. & 25.  
 & Jul. III. p.  
 61. & Greg.  
 XIII. p. 250.  
 & R. Prov. 39.  
 & 99.

Ordo dicendo-  
 rum.

2. Et ne in re tanti momenti pertra-  
 ctanda quidquam diligentia prætermitta-  
 tur, non pauca servanda; quæ in Con-  
 ciona-

cionatorum regulas à Constitutionibus ferè omnia traducta sunt : & 1. designant Verbi Dei Ministros. 2. materiam. 3. modum.

*Quales, & per quem ad concionandum seligendi.*

3. Igitur tanto muneri, & præcipuo inter reliqua à Societate usurpata Superiores longè ante debent seponere; quos ad illud natura factos, & in humilitate benè fundatos cognoverint; non eos distiendo aliis occupationibus; curando, ut studiorum tempore benè instituantur; & duo itidem, vel unus saltem concedatur annus, ut privato studio, ac sanctæ meditationi vacent, in modo concionandum privatim, tum publicè eos exercendo, & ut indicatum est, ubi de Scholasticorum nostrorum studiis P. 2. C. 5. Sect. 7.

† P. 3. C. 1. §. 21. In. 2. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 10. & C. 2. D. 62. & C. 6. D. 38. & C. 7. D. 80. §. 10. & St R. Prov. 26. † R. Prov. 26. † Greg. XIII. p. 250. & C. 2. D. 62.

4. Provincialis erit Prædicatores constituere, præmissis tamen domestico examine, & approbatione Ordinariorum, juxta formam Concilii Tridentini. Retinendum tamen est privilegium, ut Nostri possint concionari; etiamsi non sint ad ordines promoti, dummodò prima tonsura insigniti. Idem Provincialis præcipuè invigilet circa Concionatores; ut si quis ex iis ad suas se regulas fortè non accommodaverit, à concionandi munere amoveatur; & in aliis Societatis nostræ Ministeriis occupetur. †

† R. Prov. 98.

5. Destinati verò huic ministerio, Le-  
ctioni Sacræ Scripturæ, ac Patrum præ-  
cipuè incumbant. Conferet aliqua scripto  
adnotasse, & in locos communes redegisse;  
quæ ad virtutes, & vitia pertinent: pro-  
deritque etiam vidisse præceptiones aliquas  
de modo concionandi; & optimos quosque  
audivisse Prædicatores. x

6. Præterea memores sibi demandatum  
munus, omnium difficillimum reducendi  
animas suo Creatori, summo studio illa  
media adhibeant; quæ instrumentum cum  
Deo conjungunt, cujusmodi sunt solida  
virtutes, præcipuè caritas, pura intentio,  
& familiaritas cum Deo: enitanturque  
non minùs vitâ, quàm doctrinâ, ad omnem  
virtutem proximos allicere. y

7. Optare debent, ut corrigantur. Non  
sint minùs parati ad docendos pueros, &  
rudes ubique, etiam in plateis, quàm ad  
celebriores conciones; libenterque aliis  
volentibus concionari locum cedant. z

8. Qui cibis quadragesimalibus vesci  
non possunt, extra Domos nostras concio-  
nari ne mittantur. Cum iis verò, qui in  
Ecclesiis nostris concionantur, nemo dis-  
penset, inconsulto Provinciali. In victu  
autem, & vestitu lautitiæ illæ, ad singula-  
ritates, & exemptiones, quibus alii meritò

*Concionatorum  
studia.*

x P. 4. c. 8. B.  
C. & F. & R.  
Conc. 4. 5. &  
17. & In. 2. §.  
6. 7.

*Virtute præcel-  
lant.*

y P. 7. c. 4. §.  
1. & P. 10. §.  
2. & R. Conc.  
2. 3. & In. 2.  
§. 8.

*Eorum humi-  
litas.*

z P. 4. c. 8. C.  
& P. 7. c. 4. §.  
7. & R. Conc.  
6. 7. 8.

*Frugalitas.*



*a* In. 2. §. 9. &  
Or. c. 1. §. 15.  
*Paupertas.*

*b* In. 15. c. 1.  
& C. 6. D. 39.  
§. 4. & C. 7.  
D. 80. §. 8.

offenduntur, minimè concedantur. *a*  
9. Qui in loca etiam remotiora concionaturi mittuntur, præter equum suum, & socii, tertium pro sarcinis ne addant. Cumque extra Collegium concionantur, victum potius, quàm pecuniam pro victu accipiant; idque apud Ecclesiasticum, vel alium honestum civem, vel convenienti aliquo Religiosis loco. Viaticum porrò, non nisi necessarium, pro solo itinere admittant. *b* Quia verò Concionantibus extra nostra Tempia obtrudi aliquando stipendium solet, præscriptum est 1. ne quid oblatae pecuniæ Concionator accipiat; sed si quis offerat, eum ad Superiorem Collegii, vel Domus loci, in quo concionatus est, remittat. 2. Superior offerenti declaret, nihil præter id, quod ad Concionatoris sustentationem, & viaticum fuerit expensum, aut necessarium accipi à nobis posse, tanquam stipendium, aut eleëmofynam in compensationem pro ministerio; adeoque quidquid ultra reliquum fuerit, reddat. 3. Si tamen urgeat ille ultrò, & spontè, ac titulo puræ, & liberalis eleëmofynæ velit dare; poterit in eo casu Superior, in utilitatem Domus, seu Collegii, cui præest, accipere. Si verò Concionator alibi, quàm ubi Societatis domici-  
lium

lium est, concionatus fuerit. 1. Nihil pariter supra id, quod ad sustentationem, & viaticum expensum, necessariumque fuerit, admittet. 2. Si tamen urgeatur, nec illud etiam alio quovis modo, vel nomine accipiet, quàm quo dictum jam fuit. 3. Quidquid illi reliquum, ultra sustentationem, & viaticum fuerit; id totum, cum ad locum, ubi ex Superiorum mandato degere debet, venerit, loci illius Superiori, & in ejusdem Domus utilitatem tradet. <sup>c</sup> C. 12. D. 40.

10. Materia verò à Concionatoribus pertractanda ea sit, quæ captum Auditorum non superet, & ad piam eorum utilitatem faciat. Commendent Confessionis, & Eucharistiæ frequentem usum, & cætera, quæ ad cultum Divinum, & Obedientiam erga Prælatos, quidquid demum ad officia viri Christiani pertinet: quod etiam præstabunt qui Sacram Scripturam populo prælegunt. <sup>d</sup> Abstineant prorsus ab iis dicendis, quibus Magistratus, & Ecclesiastici in particulari perstringuntur. Caveant etiam, ne Religiosos aliorum Ordinum reprehendere videantur: & in domesticis exhortationibus reprehensionem alicujus particularis, aut Societatis ne attingant; & omissis dubiis, certa proferrant. <sup>e</sup>

*Zelus, & Prudentia in seligenda materia.*

<sup>d</sup> P. 4. c. 8. A.

<sup>e</sup> P. 3. c. 1. §. 5.  
& P. 4. c. 8. §. 3. & B. & R.  
Conc. 9. 10. 11.

II. Quo- 13. 14.

*Stylus gravis.*

11. Quoad orationis, seu styli formam pertinet; ne verborum lenocinia sectentur: & propterea procul habeant libros politioris sermonis, sed profanos; nimias exaggerationes fugiant; facetias omnino vitent. Modus concionandi à Scholastico fit diversus, utpote ad movendum magis, quàm docendum factus. In rebus populo denunciandis, & eleëmofynis commendandis Superioris præscriptum servant. *f*

*f* P. 4 c. 8 §. 3.  
& R. Conc. 15.  
16. 19. 20. 21.

*Actio ad maturitatem composita.*

12. In Actione Gestus corporis sit modestus, gravis, & ab arrogancia, & ostentatione prorsus alienus; sed potius præferens humilitatem, cui ex animo studere debent. Non aliqua spectacula exhibeant à consuetudine Societatis aliena; nisi Superior aliquando judicaverit dispensandum. In concionibus, & lectionibus templi spatium horæ non excedant. *g*

*g* R. Conc. 16.  
18. 22. 23.

*Vestes.*

13. Superpellicium in concionibus adhibendum; stola, juxta patriæ morem; & superpellicium etiam in Lectionibus Sacræ Scripturæ, ubi ejus est usus. *b*

*b* C. 1 D. 110.  
& C. 4 D. 10.

